



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1838**

XIX. Der Knappe Otto Hunger überläßt dem Kloster das Patronat in Dorfe Sukow im J. 1328.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

**XIX. Der Knappe Otto Hunger überläßt dem Kloster das Patronat im Dorfe Sukow  
im J. 1328.**

Vniuersis cristi fidelibus presens scriptum contuentibus Ego Otto, famulus, dictus hunger, salutem in domino. Notum esse cupio tam presentibus quam futuris, quod domino preposito et conuentui in stepenitz dimisi et in hiis scriptis dimitto jus patronatus ecclesie in fucowe perpetue possidendum. Huiusmodi quidem jus patronatus ecclesie supra diete warandare teneor domino preposito et conuentui pre-narratis per diem et annum et deinceps pre omnibus in iure comparere uolentibus et coram iudicibus legitime respondere. In cuius lucidius testimonium meum sigillum presentibus est appensum. Hujus rei testes sunt Thydericus et henricus fratres et henningus patruus eorundem, famuli, dicti de quitfowe, arnoldus et radolfus fratres, famuli, dicti hunger et aliiplores fide digni.

Datum anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXVIII<sup>o</sup> in die dominica, qua cantatur omnes gentes.

Nach dem Original, woran das Siegel fehlt.

**XX. Graf Heinrich von Schwerin vereignet dem Kloster die Dörfer Sukow und Drenkow  
im J. 1330.**

Vniuersis cristi fidelibus, presens scriptum contuentibus, Hinricus, dei gracia Comes Swerinen-sis, salutem in eo, qui se tribuit omni pro salute. Hominum gesta cum hominibus confescerent et cum ipsis sepelirentur, et aliena essent a recordatione omni, si non scriptis commendarentur memorie posterorum. Nos igitur recognoscimus, tenore presencium publice profitendo, Quod de nostrorum uasallorum maturo consilio et heredum nostrorum omnium pleno consensu competenti, restauro recepto, uidelicet sexaginta marcis Brandenburgensis argenti, domino preposito et Conuentui sanctimonialium cenobii stepe-nitz contulimus, dedimus et resignauimus proprietatem perpetue libertatis, nos et heredes nostros contingen-tem, villarum Sucowe et Dronecowe in omnibus suis terminis, metis et distinctionibus, sicut nunc jacent et locate consistunt, in nemoribus, rubis et rubetis, pascuis, pratis, paludibus, campis cultis et in-cultis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscinis, piscationibus ceterisque suis omnibus atten-tiis, cum patronatu beneficii ecclesiastici, Iudicio manus et colli et omnibus prorsus utilitatibus, que in ipsis nunc sunt et in posterum haberi poterint, perpetuis temporibus possidendam, Nichil quidem juris seu proprietatis in pretaetis villis nobis reseruantes, Execeptis quadraginta marcis denariorum flauice monete, nobis et nostris successoribus in festo beati Martini annis quibuslibet ratione precarie presentandis, et duabus vaccis, quas in festo beate walburgis annuatim in eisdem villis in seidi per fa-mulum nostrum faciemus. In quorum omnium et singulorum euidens testimonium nostrum sigillum duximus presentibus apponendum. Testes autem hujus sunt honesti viri hermannus de Clenowe, Ludolfus Nienkerke, hinricus rauen, milites, hinricus de porsvelde, scolasticus Zwerinensis, Borchardus, plebanus in Nienstad, et Nycolaus, plebanus in Pychere, et quam plures alii fide digni. Datum Nienstad, Anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup>, In Cathedra beati Petri apostoli.

Nach dem Original, woran das Siegel fehlt.

**XXI. Die Edl. Herrn zu Puttitz vereignen dem Kloster die Dörfer Sukow und Drenkow  
im J. 1333.**

Im Nahmen der heiligen und unzertrenlichen Dreyfaltigkeit Amen. Otto und Guntzel, Bur-